

## **Papsturkunden in Frankreich. Band 5: Touraine, Anjou, Maine und Bretagne., Nr. 190**

Lucius episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis in Christo filiabus abbatisse et monialibus sancte Marie de Caritate apud Andegauim constitute salutem et apostolicam benedictionem. Iustis petentium etc. Eapropter, dilecte in Christo filie, uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu sententiam inter uos et Lucianensem abbatem super ecclesia Prugniacen(s) auctoritate pie recordationis Eugenii pape pro monasterio uestro canonice promulgatam et tam ab eo quam a pie memorie Adriano papa litteris apostolicis roboratam nos quoque uobis et monasterio uestro eandem sententiam, sicut rationabiliter lata est et in scripto autentico delegatorum iudicum continetur, auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum etc. Si quis autem etc. Dat. Anagn. VI idus nouembris.